Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Cap. xlviii.

deo scz Ezechias et Iosyas Alij
autem multa commiserunt
pecta scz Ioram Achaz Ma
nasses et alij plures.
Ezechias hic reuertitur actor ad
loquendum de regibus et primo
de Ezechia / 2° de Iosya. 49 ca°
prima in duo quia primo ponitur
laus Ezechie per se / 2° simul
cum laude ysaie prophete ibi Non
est commoratus. Circa primum dicit
Ezechias muniuit armis
et victualibus ciuitatem suam
scz Ihrlm que metropolis
erat in regno suo et induxit
in medium eius aquam scz fon
tem syloe quem fecit vsque ad ciui
tatem fluere qui prius extra flu
ebat et sic in ciuitate esset a
que copia et exercitui regis
assyriorum penuria et fodit fer
ro rupem i. fodere fecit vt fl
uctus fontis haberet canalem
et edificauit ad aquam recipi
endam puteum i. piscinam
magnam. In diebus ipsius as
cendit sennacherib ad deuasta
dum iudeam et misit rapsa
cen de lachis in ihrlm. 4 Reg.
18 Et et substulit manum suam
contra illos Ezechie et eius
populo comminando et extulit
manum suam in syon comminan
do destructionem regie domus et
templi que erant in monte sy
on Tunc commota sunt cor
da et manus ipsorum ex mag
no timore et inuocauerunt do

minum humiliter et deuote et scz
dominus deus exaudiuit cito vocem
ipsorum quia fecit recedere de iudea
regem assyriorum per regem Ethy
opie inuadentem regnum suum. 4
Reg. 19 Non est commemora
tus hic ponitur simul laus E
zechie et ysaie Cum dicit Non est
commemoratus scz dominus peccatorum
illorum ad puniendum ipsa per re
gem Assyriorum sed purgauit
illos in manu ysaie i. per ysa
iam pro ipsis orantem ad Ezech
ie peticionem deiecit castra assy
riorum et subdit modus dicens et contri
uit illos angelus domini qui in
illa nocte percussit in castris
assyriorum 185000 pugnatorum
propter quod etiam sennacherib fu
it compulsus fugere turpiter
ad terram suam vbi filij proprij in
terfecerunt eum. 4 Reg. 19 Nam
fecit Ezechias quod placuit do
mino purgando Ihrlm ab
ydolatria ad inuitando sacer
dotes leuitas et populum ad diui
num cultum 2 Paralip. 29 et 30 ca.
et fortiter i. constanter iuit i
in viam dauid patris sui imi
tando eum in bonis quam man
dauit illi ysaias cui humiliter
obediuit ysaias. In diebus il
lius scz Ezechie et similiter
ysaie retrocessit sol decem gra
dibus in horologio Achaz
per preces ysaie ad postulatio
nem Ezechie et addidit regi
Ezechie ysaias denuncciando